

B **K** **T**. Verus igitur locus aſtri **K**, eſt punctū **S**: Viſus vero locus punctum **T**; Differentia autem veri viſiq; loci, arcus videlicet **S** **T**, dicitur diuerſitas aſpectus aſtri **K**. angulus vero, qui in centro ſtella eſt citur ex duobus illis lineis rectis, qualis in dato exemplo eſt angulus **A** **K** **B**, appellari ſolet quantitas diuerſitatis aſpectus ab **A**ſtronomis, ita vt ſi in duobus aſtris efficiuntur tales anguli aequales, dicantur habere aequalem diuerſitatem aſpectus; in cuius vero centro maior continetur angulus, illud maiorem habeat aſpectus diuerſitatem. Ex quo per ſpicuum fit, ſi duo aſtra in eodem cælo exiſtentia eandem habeant altitudinem ſupra Horizontem, cuius modi ſunt aſtra **H** & **O**, habebunt eandem diuerſitatem aſpectus. Sunt enim duo latera **H** **A**, **A** **B**, trianguli **A** **B** **O**, & anguli dictis lateribus cōprehenſi aequales, per 27. propoſ. tertij, eo quod arcus **O** **M**, **H** **M** aequales ſint propter equalitatem altitudinum. Quare per 4. propoſ. 1. Eucli. anguli **H** & **O**, qui oſtendunt quantitatem diuerſitatis, aequales erunt. Pari ratione ſequitur aſtrum idem, quo propinquius fuerit Horizonti, eo maiorē habere diuerſitatem aſpectus, adeo vt in Horizonte exiſtens maximam habeat; quo vero remotius fuerit ab Horizonte, eo minorem habere, adeo vt in vertice capitis exiſtens, vbi maxime ab Horizonte remouetur, nullam prorsus habeat aſpectus diuerſitatem, que omnia ordinatim demonſtrabimus. Exiſtat enim vnum & idem aſtrum modo in puncto **M**, id eſt, in vertice, modo in puncto **K** accedens ad Horizontem, modo in puncto **H** vicinius exiſtens Horizonti, modo deniq; in puncto **F**. id eſt, in Horizonte, ducanturq; a centro terre **A**, & ex oculo **B**, per centrum huius ſtelle, vbiſcumq; exiſtat, linea rectæ; ſumatur quoq; arcus **M** **O**, æqualis arcui **M** **H**, habebuntq; duo aſtra in punctis **H** & **O**. exiſtentia aequales altitudines ſupra Horizontem. Quare vt iam demonſtratum fuit, aſpectus diuerſitatem aequalem obtinebunt. Conneſtantur puncta **K** & **O**, linea recta **K** **O**. Quoniam igitur **B** **O**, æqualis eſt ipſi **B** **H**, vt ex 4. propoſ. primi Euclid. demonſtrari poteſt, accedente quoq; 27. propoſ. tertij eiusdem; Eſt autem **B** **H**; (per 7. propoſ. tertij Eucli.) maior quam **B** **K**. Igitur & **B** **O**, maior erit quam **B** **K**. & ob id (per 18. propoſitionem. 1. Eucli.) angulus **B** **K** **O**, maior erit angulo **B** **O** **K**: Sunt autem anguli toti **A** **K** **O**, & **A** **O** **K**, (per 5. propoſitionem 1. Eucli.) aequales; Reliquos igitur **A** **O** **B**,

M maior